

412 urnula marmorea duplex SMET.; lapis bipartitus RED. De origine Ostiensi vide infra. Romae apud S. Mariam in via lata RED., in ecclesia S. Mariae in via lata prope corpus Christi IVCVND., in concha aquae lustralis, addit HISP.; similiter CETERI excepto LIPS. qui collocat in aedibus privatis prope templum soc. Iesu.

a	b
CN · SERGIVS · CN · L ANTHVS · PATER AVGVSTALIS · FECIT	CN · SERGIO · CN · F · VOT PRISCO · FILIO · SVO PRAETORI SACRIS · VOLCANI · EX · D · D AEDILI · ADLECTO 5

Exhibent Redianus f. 34'; Iucundus Veron. f. 29', Magl. 28, 5 f. 51'; P. Sabinus Ottob. f. 133; Mazochi f. 55' parum accurate, cf. emend.; Metellus Vatic. 6038 f. 39 et ad Mazochium suum nunc Vatic.; Smetius ms. Neap. p. 196 (inde Manutius orthogr. 789, 1; item Panvinus Rom. p. 550 solam partem intuenti dextram; ex Panvinio Ligorius Taur. vol. 17), ed. f. 43, 40 (ex qua Grut. 348, 7), qui vidit; Pighius Berol. f. 160, Leid. Luzac. p. 217; Ligorius Neap. lib. 39; Anonymus Hispanus Chis. f. 139; Ach. Stadius Vallic. f. 2'; Lipsius ms. f. 23'. Orelli 2205.

Litteras extantes desumpsi ex Smet. — a 3 om. Smet. (ms., non ed.). — b 4 VOL Metell. Pigh., VOT ceteri plerique, quam lectionem confirmat etiam Red. qui VOTO exhibet. — 5 AELECTO Lig., ALECTO Hisp.

Hanc inscriptionem non esse urbanam Augustalitas (a 3), esse Ostiensem praetura Volcani (b 3) docet.

413 arca marmorea. Ostiae rep., nunc Romae in museo Lateranensi.

A

SERGIA PRISCA HANC IN  
HONORE L CACI REBVRRI F  
II VIR ET DECVRIONES OSTESSES sic  
FVNERE PVB STATVAMQ ET  
TVRIS P L CENSVER L KACIVS 5  
REBVRRVVS H V FVNERIS IM  
PENSAM REMISIT

Descripsit Michaelis. Amati ms. 9761 f. 14 et in actis Arcadum vol. 39 (1828) p. 234 (inde sine dubio Cardinali *diplomi* n. 341; idem misit Gervasio, qui edidit *sul monumento sepolcrale di Gavia Marciana* Neap. 1853, p. 24; Benndorf et Schoene in catalogo musei Lateranensis p. 247 n. 367. Henzen n. 7178.

Quid sibi velit A in parte intuenti sinistra quae vacua relicta erat perscripta, ignoro; certe erravit Gervasius cum habuit pro nota numerali Graecanica componens eam cum G incisa in margine tituli n. 445.

*Sergia Prisca hanc in honore(m) L. Caci Reburri f(ili) i; Ii vir(i) et decuriones Ost(i)e(n)ses funere pub(lico) [suppl. efferendum] statuamq(ue) et turis p(ondo quinquaginta) 1) censuer(unt). L. Kacius Reburrus 2) h(onore) u(sus) funeris impensam remisit.*

1) cf. ad n. 321.

2) pater defuncti maritus fortasse Sergiae Priscae.

414 fortasse fragmentum sarcophagi. Ostiae in episcopio.

D m

L · SEXTIVS ~~SEXT~~  
AGRIPPINVS · EQ · r. dec. col.  
OST · Q · V · ANN · XV  
5 M III · D XXII · L · SEXTIVS  
EROS · FIL · DVI cissimo

Descripsi.

415 tabula magna marmorea. Ostiae rep., inde Romae in suburbano Paccae.

C · SILIO · EPAPHRAE · L · FELICI · MAIORI  
AVGVSTALI · HVNC · D · F · P · EFFERVNDVM · CENS  
NERVA · FILIVS · HONORE · VSVS · IMPENSAM · REMIST  
C · SILIO · C · F · VOT · NERVAE · DECVRIONVM · DEC · G  
5 DECVRIONI · ALLECTO · II VIRO  
SILIAE · CC · L · FAVSTAE · VXORI ·  
L · CALPVRNIO · L · F · VOT · SATVRO · D · DECRETO  
AEDILI · ALLECTO · C · SILIO · C · F · VOT · NERVAE  
LIBERTIS · LIBERTABVS · POSTERISQ · EORVM  
10 PR · SACR · VOL · FAC · D · D · D · ALLECT · AED · II VIR SILIAE · C · LIB · TRYPHAENAE · VXORI · PISSIMAE · LIBERTIS · LIBERTAB  
POSTERISQ · EORVM  
IN FRONTE · P · XXXV · IN · AGRO · P · XXV

Recognovi. Amati ms. 9761 f. 12 et in act. Arcad. vol. 39 (1828) p. 230; C. L. Visconti ms.; Henzen qui vidit syll. n. 7011.

Quid significet G in margine intuentibus dextro inter versus 4 et 5 incisa, non liquet. — 8. 10. 11 quae inclinatis dedi, postea adiuncta sunt, scilicet ut in titulum Siliorum Felicis patris et Nervae filii et Siliae Faustae et Calpurnii Saturi intruderentur alter Silius Nerva et Silia Tryphaena.

1 C. Silio, Epaphrae (liberto), Felici maiori, Augustali. Hunc d(ecuriones) f(unere) p(ublico) efferendum cens(uerunt). Nerva filius honore usus impensam remisit.

2 C. Silio C. f. Vot(uria) Nervae, decurionum dec(reto) decurioni allecto, II viro.

3 Siliae (Gaiorum duorum) (libertae) Faustae, uxori scilicet Silii Nervae n. 2.

4 L. Calpurnio L. f. Vot(uria) Saturo, d(ecurionum) decreto aedili allecto.

Libertis libertabus posterisq(ue) eorum.


Postea addita sunt haec:

5 C. Silio C. f. Vot(uria) Nervae, pr(aetori) sacr(is) Vol(kani) fac(iundis), d(ecreto) d(ecurionum) d(ecurioni) allect(o), aed(ili), II vir(o).

6 Siliae C. lib. Tryphaenae, uxori Silii Nervae n. 5 piissimae.

Libertis libertab(us) posterisq(ue) eorum.

ad n. 326. Fragmentum novum quo complentur vv. 15-23 exeuntes reperi sub templo magno in repositis.




Descripsi; fragmentum novum, quo versus exeuntes continentur, contuli etiam ad ectypum.

Quae lineis rectis circumclusi, in litura scripta sunt. — Litterarum particulae v. 14. 15. 17/18 fin. videntur pertinere ad columnam II; 17/18 fortasse P intellege p[ro]p[ri]e. — 20 fin. videtur fuisse LX. — 22 fin. fortasse signum denarii ceteris huius versus litteris altius.

Fragmento novo confirmatur quod Dessau adnotavit ad n. 326 usuras summarum a singulis ad dies natales celebrandos collatarum fuisse centesimas. Addiscimus autem propinquos eius qui tabulam posuit sc. P. Claudii Abascanti plus pecuniae impendisse quam ceteros: P. Cl. Veratius Abascantianus (5), P. Claudius Arrius Veratius (15), Claudia Arria mater (21) arcae inferunt sena milia sestertium, ceteri omnes excepto uno (12) bina milia, unus etiam minus (11).

Stemma Claudiorum fortasse sic fere constituendum est:



Nominibus, quae coniectura posui, asteriscum addidi.

ad n. 344. Gruterum frustra laborasse, ut huius inscriptionis exemplum accuratius nancisceretur, apparet ex epistula quadam Joannis Wouveri, cf. *Eph. ep.* IX p. 335 (ubi legendum est 'ad n. 344' pro 'ad n. 340') [D.]. — Cf. ad hunc titulum Carcopino *Virgile et les origines d'Ostie* p. 51 sq., ubi agit de sodalibus Arulensibus (cf. supra p. 612 not. 44).

ad n. 347 v. 3. Egrilius Isio idem fortasse infra n. 4569 dec. XIII 4.

ad n. 349 v. infra n. 4646.

ad n. 350 v. infra n. 4450.

ad n. 358. Vidi Ostiae in domo Aldobrandini; cf. infra ad n. 4938.

ad n. 360. 361 cf. supra p. 611, infra n. 4563, 1 not. et p. 673.

ad n. 362 sqq. v. infra n. 4458. 4651. 4715.

ad n. 363. Nunc est in museo Lateranensi parieti affixa sub porticu (in parte XXXVIII n. 4). Versus 5-8 complentur fragmento novo rep. a ponente della porta romana, sul lato settentrionale del decumano (i. e. ibi fere ubi cetera fragmenta reperta sunt), quod cum n. 363 coniungendum esse cognovi. Edid. Paribeni *Not. d. sc.* 1918 p. 131 d. Exstat imminutum (deest nunc pars extrema versus 5 litteras ATIS continens) in repositis musei Ostiensis, ubi descripsi et ectypum sumpsit.

5 DECVRIONI GRATIS  
ADLECTO P  
CORPOR CVRAT  
NAV MARIN ET MESOR

2 fin. p(atrono). — Paribeni adnotat 'appresso alle lettere O P è graf-fito AF'; ego vidi a dextra litterae P lineam quandam, quae pars illius litterae A esse mihi videbatur.

decurioni gratis adlecto, p(atrono) corpor ---, curat(ori) nav(ium) marin(arum) et me(n)sor(um) cet.

ad n. 370 cf. infra n. 4654. 5383.

ad n. 374. V. 11 lege decur(iae) (sextae decimae), v. infra n. 4569.

ad n. 375. 376. Longo commentario instruxit C. Mancini *Atti della R. Accad. (napol.) di archeologia, lettere e belle arti* 13, 2 p. 146-170 [D.]. — Post Mancinium titulos denuo tractaverunt O. Seeck *Gesch. d. Untergangs der ant. Welt* II<sup>1</sup> (1901) p. 156 sq. 523 sq. = II<sup>2</sup> (1921) p. 158 sq. 528 sq., qui eos non ad unum et eundem P. Lucilium Gamalam pertinere, immo Gamalam tituli n. 375 multo ante Gamalam tituli n. 376, scilicet aetate Augusti, fuisse probabat, et uno decennio post Seeckium — eius libro ut videtur non adhibito — J. Carcopino *Mél. d'arch. et d'hist.* XXXI 1911 p. 143-230. 367-368, ipse quoque duos Gamalas discernendos esse praedicans; Gamalam minorem (n. 376) mortuum esse putat ante mortem M. Aurelii, *L. Caesarem Aug. f.* v. 6 sq. Commodum esse ratus (ut iam Mancini l. c.); contra titulum n. 375 positum esse anno p. Chr. 43 exeunte vel 44 ineunte; vv. 40 sqq. enim pertinere ad bellum Claudii Britannicum, v. 39 ad quaesturam Ostiensem (cf. supra p. 7 b). Contra illos Gamalas inter se diversos esse denuo negat v. Premerstein *Klio* XII (1912) p. 139 sq. Cf. etiam quae de hac quaestione scripsit Paribeni *Mon. ant. dei Lincei* XXIII 1914 col. 483 sq. — De apographo Ligoriano tituli n. 375 (ms. Taur. vol. XIV s. v. Porto) cf. Carcopino l. c. p. 367 not. 1. — n. 375 v. 40 Carcopino supplet (p. 210) [praet]erea, n. 376 v. 26 proponit (p. 218) extru[den]tibus (sc. inundationibus aquam e ripis vel tale quid, vocabula omissa a quadratario) vel extru[s(is) stipi]tibus litteris ti et pi vocabuli stipitibus ligatis; de navalibus (v. n. 376 v. 25) cf. K. Lehmann-Hartleben loco supra p. 609 not. 6 citato. — Omnino cf. etiam L. R. Taylor *The cults of Ostia* p. 14 sq. not. 1 et passim.

ad n. 397. Legitur etiam in Jucundi codice Ashburnhamiano f. 9' n. 84 (cf. *Eph. ep.* IX p. 291) [D.].

ad n. 399 cf. infra n. 5346.

ad n. 403 cf. infra n. 4314.

ad n. 407 v. 3. 4: idem, ut videtur, infra n. 4563, 1 II v. 10.

ad n. 412. Legitur etiam in Jucundi codice Mediceo (Vat.) n. 223 (cf. *Eph. ep.* IX p. 302) [D.].

ad n. 415. Iam Romae in horto musei thermarum Diocletiani (museo nazionale).

ad n. 419 v. infra n. 4668.

ad n. 426. Nunc etiam C. I<sup>2</sup> 2, 1 n. 1424.

ad n. 429. Imaginem edidit W. Altmann *Altäre* p. 237 fig. 194 [D.].

ad n. 431. V. 3 supplendus videtur [curatori vel patrono corporis tra-ictus] Rusticeli, cf. infra n. 4553-4556 et quae dixi *Sitz.-Ber. Berl. Ak. phil.-hist. Kl.* 1928 p. 45 not. 4. [Cf. nunc etiam infra n. 5327 sq.; ad v. 14 cf. n. 5357 col. I v. 10.]

ad n. 433 v. infra n. 4663 not.

ad n. 446 v. infra n. 4457.

ad n. 447 v. infra n. 4674.

ad n. 454. Vidi Ostiae in repositis musei.

ad n. 459 v. supra p. 611 not. 40.

ad n. 461 cf. infra n. 4560-4563.

ad n. 472. Delineata exstat in codice quem A. W. Franks reliquit museo Britannico (de quo cf. ad n. 46. 176) f. 51 (delineatio signata est n. 283), unde accuratissime repetivit Th. Ashby *Classical Review* 1904 p. 74; exemplum est iam notum, sed fortasse accuratius exaratum quam in reliquis quas adhibueramus schedis, v. 3 VIX ANN XIII HIC TANIAE cet., 6 VOLVMINI POTIVS). — Pars extrema (v. 14-16) exstitit aliquando in villa Pamphilia ad sepulcretum, ubi ante multos annos descripsit Henzen, nuper frustra quaesivit Huelsen; descripsit autem Henzen sic:

'superne abrasum' HENZEN  
INF P II IN AG p. VI  
EXCESSIT ANNO VRBIS CONDITAE  
BCCCXCVII

Vindicatur hoc Henzeni apographo huius tituli pars suspicionibus maxime obnoxia. Nam recens haec fuisse incisa et ab Henzeno pro antiquis descripta, id ab omni probabilitate abhorret. Quod de rasura ait Henzen, quamquam mirum est partem huius tituli vel antiqua vel recenti aetate esse erasum (et possis conicere errorem subesse), certe suspicionibus de ipso titulo nullo modo ansam praebet [D.].